



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1494 usque ad annum 1507

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118448**

§. 62. Archidux Castellæ Rex nominatus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67025](#)

Sæcul. XVI., dinando, utpote Marito suo commisit,  
A.C. 1504. „ verum ille, cum ex Arragonum gente  
„ sit, Castellanis pro alienigena ha-  
„ betur. „

## §. LXII.

*Archidux Castellæ Rex nomi-  
natus.*

Ferdinandus consilia, quæ Proceres cum  
Archiduce agitabant, penitus igno-  
rabat, nec sagacitate sua assequi pote-  
rat: Nihilominus auctor illi erat Toleti  
Archiepiscopus, ut nulla mora ad Generum  
suum Legatos decerneret, qui Joannis  
Manuelis conatibus obsisterent; verum  
Manuel Hispanos prævertit, tantaque  
dexteritate Archiducis animum inclina-  
vit, ut hi de Legationis suæ successu peni-  
tus desperarent: Jam enim Archidux Ca-  
stellæ Regis nomen, & insignia usurpa-  
bat, & Manuelis oratione animum ad-  
dente, classem instrui jubebat, qua una-  
cum Sponsa sua in Hispaniam trajiceret;  
ea res Socerum ejus non parum afflige-  
bat, angebatque; noverat enim, quod Ca-  
stellani Archiducem vix adventantem  
protinus Regem suum salutaturi essent,  
de cetero nihil magis verebatur, quam  
denuo in Arragoniam reverti; tum e-  
nim, se Neapolis Regnum adversus  
Galios



Gallos servaturum, omnem spem abji- Serv. XVI.  
A.C. 1504.  
ciebat.

## §. LXIII.

*Germana de Fuxo a Ferdinando  
Arragonio in Sponsam  
petita.*

Hæ tamen curæ non adeo anxium red- Marian. l. 28  
n. 72.  
didere Ferdinandum, ut ei de se-  
cundis nuptijs cogitandi spacium dene-  
garent. Præprimis Joannam Henrici IV.  
Castellæ Regis, qui Isabellæ, & Lu-  
sitaniae Infantis frater erat, Filiam sele-  
gerat; hæc autem plurimum opinione na-  
taliū vitio laborabat, ac tum temporis  
in sacrarum Virginum Collegio inclusa,  
nulla tamen Virginitatis sponsione obstri-  
cta erat. Nihilominus Ferdinandus po-  
tissimum illius nuptias expetebat, ut Re-  
giæ hujus Filiæ jura in Castellæ regnum,  
excluso Archiduce, rursum suscitaret.  
Attamen Emanuel Lusitaniae Rex, a cu-  
jus nutu hoc connubium dependebat,  
constanter Ferdinandi votis obluctaba-  
tur, veritus, ne belli flammis exinde in  
Castella suscitatis, & ipse, utpote satis vi-  
cinus, iis implicaretur: Ferdinandus  
sua dejectus, animum suum ad-  
dixit Germanæ Fuxiensi, quæ Joannem  
de Fuxo Narbonæ Vice-Comitem. &  
Ludovici XII. Sororium Patrem habuit,

Hist. Eccles. Tom. XXXI.

M m ac